Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-299034-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-299034-p0002-9

XII.

# DE
# RELEGATIS

PRAESIDE

AVGVSTINO A LEYSER

POTENTISSIMO POLONIAR. REGI ET PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ADSESSORE PRIMARIO ET ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO

IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM APRILIS ANNO MDCCXLIIII.

DISPVTABIT

SALOMO GOTTHELFF FRANCKE,

NIEBRA VARISCVS.

VITEMBERGAE,
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI,
ACADEMIAE A TYPIS.

1744
8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-299034-p0003-5

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

# DOMINO,

# CHRISTIANO

S. R. I. LIB. BARONI

# DE HENNICK,

ILLVSTRISSIMI S. ANDREAE ORDINIS EQVITI, POTENTISSMO SARMATARVM REGI, ET PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSI LIIS STATVS INTIMIS, PRAESIDI CAMERAE ETC.

DYNASTAE WITTERAVIAE ETC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-299034-p0005-6

MAECENATI INCOMPARABILI

HAS STVDIORVM PRIMITIAS

CVM PERPETVAE FELICITATIS VOTO,

IN PVBLICAM ANIMI DEVOTISSIMI TESTIFI-CATIONEM,

OFFERT,

EIVSQVE TVTELAE SE COMMENDAT

Cliens ſubiectiſſimus,

SALOMO GOTTHELFF FRANCKE,

Niebra Variſcus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-299034-p0006-2

I

*Omnis relegatio ius civitatis tollit,*

II

*non aliter tamen, quam ſi perpetua ſit,*

III

*temporaria non item, ſed ſuſpendit ſaltem.*

CIrca quæſtionem, an et quouſque relegatio ius civitatis perdat, tam varie ac incerte docent et reſpondent ICti, ut maxima inde confuſio et lis, quæ inextricabilis videri poterat, oriatur. Res ipſa tamen, ſi modo rectam rationem ſequeris, ac iura priſca Romana ab inſtitutis Germanorum diſtinguis, planiſſima eſt. Scilicet in Germania noſtra unusquisque triplex ius civitatis habet, univerſale, ſeu imperii, particulare, ſcilicet provinciæ et territorii, ac ſingulare, municipii. Omnis relegatio aliquod ex his iuribus perdit, quemadmodum lucide *in Specimine 62 de capite minutis medit.* 7 docui, *Schilterum de Iu-*

*re peregrinorum* §. 12 *ſqq.* et *in Exerc. ad D.* 3 §. 7 *ſqq.* ſequutus. Nolo, quæ ibi ſcripta ſunt, exſcribere iterum, ſed illuſtrabo ſaltem ac augebo novellis quibusdam obſervationibus, inter quas hæc prima erit, quod theſin; Omnis relegatio tollit ius civitatis; reſtringi oporteat ad relegationes perpetuas. Eæ enim, quæ ad tempus fiunt, ſuſpendunt ſaltem, non perimunt ius civitatis. Lapſo ergo præfinito tempore, relegatus, niſi interim domicilium alibi fixerit, ac ſic priſtinum ius civitatis deſeruerit, reverſus in locum, ex quo relegatus erat, redit quaſi poſtliminio in civitatem, ac iura ei annexa recuperat, magiſtratus quoque, cui ante relegationem ſubfuit, ius in eum, tanquam in ciuem, recipit. Atque ſic ICti Vitembergenſes menſe ſeptembri anni 1734 reſponderunt: Haben die Stadt-Gerichte zu Padua ſich der Eröffnung, Beſichtigung und Beerdigung des von dem Tantzmeiſter Pappen entleibten Chriſtoph Engelmanns angemaſſet, da denn zu wiſſen verlanget wird, ob gedachte Stadt-Gerichte hierunter einen Eingriff in die Rechte der Vniverſität gethan, folglich derſelben gehörige Reverſales auszuſtellen verbunden. Nun werden der Vniverſität die Compacta, krafft deren ein Studioſus, ſo nach Verlaſſung der Vniverſität binnen 5 Jahren anderer Urſache, als des ſtudirens, halber wieder kommt, dem Rathe unterworffen iſt, mit groſſer Wahrſcheinlichkeit entgegen geſetzet, nachdem zumahl gedachter Engelmann ſich immittelſt unter die Miliz begeben, und von derſelben deſertiret haben ſoll. Hierzu kömmt ferner, daß ein Relegatus ipſo iure ein Mitglied und Bürger derjenigen Vniverſi-

tatis oder Civitatis, woraus er relegiret wird, zu ſeyn aufhöret, geſtalt dasjenige, was dawieder aus den Römiſchen Rechten, inſonderheit ex *L.* 7 §. 2 und 3 *de Interdictis et relegatis*, angeführet wird, ſich hier gar nicht appliciren läſſet, nachdem die Römer nur von einem einigem Bürger-Rechte wuſten, welches allgemein war, und ſich durch das gantze weitläufftige Römiſche Reich erſtreckte, *L.* 17 *de Statu hominum*, alſo freylich durch die Verweiſung aus einer Stadt oder Provinz nicht verlohren gehen konte, dahingegen in Teutſchland auſſer dem Iure Civitatis uniuerſalis Imperii ein territoriale oder provinciale, und darüber noch ein ſingulare oder municipale eingeführet iſt, dieſes letztere auch nothwendig durch die Relegation oder Ausſchlieſſung von der bürgerligen Societät und das Verboth, ſich an ſolchem Orte weiter aufzuhalten, verlohren wird; bey dieſer Bewandnüß gewinnet es das Anſehen, ob hätten die Stadt-Gerichte durchgehends wohl verfahren, wären folglich weder zu Ausſtellung eines Reverſes noch zu Auslieferung des gefangenen Tantzmeiſters verbunden; Alldieweil aber der entleibte Engelmann nur auf 6 Jahr relegiret, alſo nicht völlig von der Academie Padua ausgeſchloſſen, ſondern nur auf ſo lange Zeit von dem Genuſſe der academiſchen Privilegien ſuſpendiret geweſen, und beſage fol. 20 ſeqq. animum revertendi auch ſtudia continuandi behalten, mithin dasjenige, was oben von der ewigen Verweiſung aus einer Stadt oder Lande angeführet wird, hieher gar nicht zu ziehen iſt, dieſes auch um ſo viel wenigern Zweyfel hat, als in dem Statuto

academico höchſt vernünfftig und den Rechten gemäß verordnet iſt, daß ein auf gewiſſe Zeit relegirter Studioſus, welcher vor Ablauff ſolcher Zeit zurücke kommt, ſodann erſt von der academiſchen Societét ausgeſchloſſen und des academiſchen Bürger-Rechts entſetzet werden ſolle, alſo nicht abzuſehen, wie die Stadt-Gerichte dagegen die Compacta anführen können, da ſelbige nach der Analogia iuris unmöglich von anderen Studioſis, als welche entweder dem academiſchen Leben völlig valediciret, und etwa ihrer privat-Angelegenheiten halber auf kurtze Zeit wieder nach Padua kommen, oder welche auf ewig relegiret und ex albo civium academicorum ausgeſtrichen ſeynd, verſtanden werden können, übrigens, was von dem Anwerben unter der Miliz und dem Deſertiren verlauten wollen, keinen Grund hat, auch, da es Grund hätte, de iure tertii wäre, und nicht den Stadt-Gerichten, ſondern dem Regimente, wenn dieſes an Engelmannen Anſpruch machen wolte, zu ſtatten käme; So haben die Stadt-Gerichte durch ihr Verfahren allerdinges einen Eingriff in Iura der Academie gethan, und ſeynd demnach zu Ausſtellung eines Reverſes verbunden.

IV

*Relegatio ex provincia, ſive cum ſive ſine fuſtium ictu, perimit quidem ius civitatis provinciale,*

V

*at non univerſale et imperii, nec iura ex eo fluentia.*

VI

*Igitur relegatus, quamuis in æternum, fuſtigatusque retinet iura civibus imperii communia,*

VII

*ut patriam poteſtatem, ius in coniugem et bona eius, ſucceſſiones hereditarias etc.*

VIII

*etiam in illa provincia, ex qua relegatus eſt.*

Quum primum commentariolum hunc in pandectas ſcribere inciperem adoleſcens fere, nonnulla cruda adhuc et non ſatis digeſta extrudi, quæ nunc ætate et meditatione quaſi matureſcunt. Itaque ea, quæ olim exaravi, nonnunquam in aliam formam redigere, quin et prorſus retractare non erubeſco, ratus, ſimplicitatem hanc et ingenuitatem mihi apud cordatos viros laudi magis, quam opprobrio futuram. Eius candoris mei et probitatis ſpecimen nunc edam. Dixi *in Specimine XXI. de Diſſolutione patriæ poteſtatis medit.* 6, liberos, quorum pater ob delictum relegatur, non ſolum ei uſumfructum bonorum ſuorum relinquere, verum etiam eundem domicilium ſuum alibi conſtituentem ſequi debere. Rectiſſime; ſed ratio, quam addidi: *Sola relegatio nec ius civitatis provincialis, nec, quæ ex eo dependet, patriam poteſtatem tollit, L.* 4 *L.* 7 *§.* 3 *de Interdictis et relegatis, §.* 2 *I. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſolvitur*, falſa eſt. Oſtendi modo in ſuperioribus, ſolam relegationem ex provincia in perpetuum factam ius civitatis provincialis perimere. Itaque in *meditatione iſta* 6 pro: *provincia-*

*cialis*; ſubſtituendum eſt: uniuerſalis ſeu imperii. Cetera recte ſe habent. Scilicet, qui ex provincia relegatur, civis Romanus, ſeu potius Germanus, manet, nec peregrinus fit, atque adeo iuribus communibus, connubiorum ſcilicet, commerciorum, teſtamentorum et ſucceſſionum hereditariarum, in ipſa illa, ex qua relegatus eſt, provincia, frui pergit. Iura enim hæc non in legibus provinciæ, ſed in univerſalibus totius Germaniæ, innituntur, atque adeo nulli civi Romano, quamvis quod ad provinciam peregrino, denegari poſſunt. Excluditur ergo relegatus ſaltem ab iis iuribus, quibus in ea provincia peregrini, ſive aliarum provinciarum Germanarum incolæ, non fruuntur. Atque ſic Scabini Vitembergenſes menſe iulio anni 1739 reſponderunt: Hat der verſtorbene Michael Weisbarth eine Tochter und zwey Söhne, deren einer wegen einer geſtohlnen ſilbernen Schüſſel mit Staupen-Schlägen des Landes ewig verwieſen worden, verlaſſen, und es verlangen die beyde übrige Geſchwiſter zu wiſſen, ob jetzgedachter Johann Gottfried Weißbarth von der väterlichen Erbſchafft auszuſchlieſſen. Nun iſt zwar in unſern Rechten verordnet, daß derjenige, ſo mediam capitis deminutionem erlitten, oder das jus civitatis verlohren, aller Erbfolge unfähig wird, *L.* 1 *C. de heredibus inſtituendis L.* 17 §. 1 *de poenis*; folglich, da Johann Gottfried Weißbarth durch die ewige Landes-Verweiſung das Sächß. Bürger-Recht ſonder Zweifel verlohren, ſo gewinnet es das Anſehen, ob ſey er zugleich aller Anſprüche an der väterligen Erbſchafft verluſtig worden. Alldieweil aber das Bürger-Recht in Teutſchland dreyerley iſt; univerſale

ſale oder Imperii, ſo durch die Reichs-Acht, provinciale oder territoriale, ſo durch die ewige Landes-Verweiſung, und ſingulare ſeu municipale, ſo durch die Verweiſung aus der Stadt oder den Gerichten verlohren gehet, und denn nur die erſte dieſer 3 capitis deminutionen, nemlig die Reichs-Acht, welche den Geächteten zu einem gantz frembden und Feinde des Reichs macht, die in den gemeinen Rechten gegründete iura aufhebet, und einziehet, hingegen die Relegation aus einer Provinz und territorio nur die privilegia, welche den Einwohnern ſolcher Provinz abſonderlich zuſtehen, abſchneidet, und das in den allgemeinen Reichs-Geſetzen gegründete ius teſtamentorum, und hereditatum, ſelbſt nach den Römiſchen Rechten *in L.* 7 §. 1 *et* 3 *de interdictis et relegatis*, läſſet, *vide Schilterum de Iure peregrinorum* §. 12 *ſeqq. et Ex. ad D.* 3 §. 7, *Leyſerum in Meditat. ad* π. *Specim.* 62 *de capite minutis medit.* 7. Hiernächſt der Diebſtahl und die ewige Landes-Verweiſung nicht einmahl unter die Urſachen, weßhalb der Vater ſeinen Sohn enterben kan, *in Novell.* 115 *cap.* 3 gerechnet wird, endlig die infamia und delicta atrocia niemanden von Erbſchafften ausſchlieſſen, *L.* 42 *de Pœnis, Leyſer in Medit. ad* π. *Specim.* 398 *de Indignis medit.* 10. So mögen Michael Weißbarths beyde Kinder, Maria Dorothea und Johann Chriſtian, ihren Bruder Johann Gottfrieden von der väterligen Erbſchafft nicht ausſchlieſſen.

IX

*Relegatio academica privilegium et beneficium ciuium academicorum eſt.*

X

*Habet enim tria ſingularia.*

XI

*Relegatus ex academia ius civitatis, ſaltem academicum, perdit, civis vero provinciæ, in qua academia ſita eſt, manet,*

XII

*nec infamis fit, tametſi propter delictum famoſum relegatus ſit.*

XIII

*Relegatus ex academia urphedam non præſtat.*

Inter privilegia et beneficia civium academicorum non ultimum eſt relegatio. Mirum hoc plerisque et paradoxon videbitur, me pœnam inter beneficia collocare. Sed verum tamen eſt. Habet enim relegatio academica tria ſingularia, quæ ſtudioſis adoleſcentibus relegatis ſolatio eſſe poſſunt. Scio quidem ex communi iuris regula, et *L.* 12 *C. de Dignitatibus*, delinquentem beneficiis ac privilegiis ſuis tanquam indignum excidere, et inter plebeios haberi. Videntur itaque et cives academici, ſi delinquant, ad *Auth. Habita C. ne filius pro patre* et cetera iura ſingularia ſua convolare non poſſe; quin ipſe *in Specimine* 532 *de his, qui ex mentis imbecillitate delinquunt, medit.* 13, iuvenes ſtudioſos acriter delinquentes ordinaria laquei

aliave

aliave ignominioſa pœna recte plecti, dixi. Attamen, quod ad relegationem, mitius cum illis agitur. Namque primum illa quidem eos iure civitatis academicæ privat, ius vero civitatis provincialis ſeu territorialis non perimit, ut adeo *Conſtitutio elect. ſax.* 47 *Part.* 4, quæ a magiſtratu relegatum ex tota Saxonia exire iubet, ad ſtudioſos iuvenes non pertineat. Deinde relegatio academica, quamvis ob famoſum delictum decreta, niſi in decreto clare: cum infamia; additum ſit, relegato integram exiſtimationem relinquit, nec eum deinde ab honoribus et dignitatibus arcet. Ita Scabini Lipſienſes apud *Schilterum in Exerc. ad* π. 10 §. 35 in crimine homicidii, et ICti Vitembergenſes menſe iunio anni 1736 in crimine adulterii reſponderunt: Wird zu wiſſen verlanget, ob der im Jahre 1712 von der Vniverſitæt Jena wegen einer Begünſtigung in puncto ſexti in perpetuum relegirte Friedrich Heyne des Rath-Stuhls, wozu er ordentlich gewählet, auch von Königl. Majeſt. beſtätiget worden, unfähig ſey. Nun möchte ihm zwar vorgeworffen werden, daß er wieder die von ihm beſchwohrne academiſche Geſetze gehandelt, mithin ſowohl dieſes Meineyds, als des begangenen delicti carnis wegen, §. 4 *I. et L.* 7 *D. de Publicis iudiciis*, *L.* 25 *C. ad legem iuliam de adulteriis*, anrüchig, folglich aller Ehren und Würden, *cap.* 87 *de Reg. iuris in* 6 *L.* 8 *C. de Decur.* inſonderheit des Rath-Stuhls, in welchen nur redliche Leute genommen werden ſollen, unwürdig worden. Alldieweil aber in dem ſub C. beygelegtem Eyde nur dieſes, daß der, welcher ſolchen ſchwöret, nach den academiſchen Geſetzen leben, und, da er darwider han-

dele, ſich der ihm von dem Rectore auferlegten Straffe unterwerffen wolle, verſpricht, folglich, wenn man dieſes beydes zuſammen nimmt, Heyne, da er ſich nur der academiſchen Obrigkeit nicht wiederſetzet, keinen eigentlichen Meineyd begangen, überdies, ob die ihm beygemeſſene Begünſtigung in puncto ſexti ein würcklicher Ehebruch und Hurerey geweſen, oder im bloſſen conatu beſtanden, ungewiß iſt, auch das letzte tanquam mitius vielmehr vermuthet wird, allenfalls, und, da ja das erſte wäre, ſolches durch das mehr als 4 mahl abgelauffene quinquennium verjähret iſt, *L.* 29 §. 6 *Ad L. iul. de adult.* Hiernächſt die Academie Jena in ihrem Antwort-Schreiben, daß ſie Heynen nicht cum infamia relegiret, ausdrücklich gedencket, alſo demſelbem famam deutlich genung vorbehalten; So iſt Heyne des Rath-Stuhls fähig, und hat ſich E. E. Rath, wenn er ihn einnimmt, keines Vorwurffes zu beſorgen. Equidem bene reminiſcor, quod *in Specimine* 52 *de Infamia corollario* 2 dixi: *Ob crimen famoſum condemnatus infamis hodie fit, tametſi iudex nullam infamiæ in ſententia fecerit mentionem.* At in ſtudioſis adoleſcentibus miſeratio ætatis iudicem ad mediocrem pœnam producit, *L.* 37 §. 1 *de Minoribus*, *L.* 16 §. 3 *de Pœnis*, *L.* 108 *de Reg. iuris.* Et ipſa *Auth. Habita C. ne filius pro patre*, verbis: *etiamſi cauſſa iuſtiſſima fuerit*; cives academicos peccantes privilegiis ſuis omnibus privare voluiſſe non videtur. Denique tertio relegati ex academia conſuetum illud ſacramentum, quod urphedam vocant, non praeſtant, ac adeo, ſi revertantur, nec per-

periuri fiunt, nec pœnis in alios relegatos, qui redeunt, ſtatutis ſubiacent.

## XIIII

*Exitus e civitate civi, etſi nullius criminis convicto, imperari poteſt,*

## XV

*ſine allegatione cauſſæ, niſi princeps eam requirat.*

Recte magiſtratus civem inutilem et noxium, quem tamen criminis, quod relegationem mereatur, convincere nequit, e civitate ſua finibusque iurisdictionis ſuæ exire iubet, ac detrectantem etiam expellit. Id quod nec relegatio nec pœna eſt, ſed ex natura correlatorum eodem modo, quo civis civitatem invito magiſtratu relinquere poteſt, licet; quemadmodum *in Specimine* 142 *de Iureiurando purgatorio medit. ult.* oſtendi. Nos eiectionem hanc in academiis conſilium abeundi appellamus. Addo nunc, magiſtratum ei, quem ſic expellit, quamuis poſcenti, rationem mandati ſui reddere non eſſe obligatum, arg. *cap.* 16 *X. de Sententia et re iudic.* et *L.* 59 *de Re iudicata*, bene tamen principi, ſi is eam requirat. Idem ius in Belgio fœderato obtinet, de quo *Baſnage dans la Deſcription hiſtorique du Gouvernement des prouinces-unies cap.* 22 §.8 p. 61 hæc ſcribit: *Comme les Bourgemaîtres ont le Droit d'admétre dans leur Ville les Sujets, qui peuvent y aporter quelqu'avantage ou quelque commerce utile, ils ont auſſi l'autorité d'en bannir ou d'en proſcrire ceux, qui leur ont donné quelque ſujet de mécontentement, ſans leur avoir intenté de Procès ni les avoir convaincus ou con-*

*dannés dans les formes : Et la Cour de Juſtice ne peut donner de Mandement contre un tel Acte de Banniſſement ou de Proſcription ; parce qu'on doit préſumer que cet Arrêt n'a été donné que par une juſte néceſſité, ou pour l'utilité publique. On ne peut pas même ſe pourvoir devant les Etats par un Apel dans les formes contre cet Arrêt de Baniſſement : Cependant lors qu'il y a quelques plaintes formées contre le Magiſtrat, la bienſéance et l'équité demandent, qu'il donne aux Etats la ſatisfaction de montrer, que cet Acte de ſévérité étoit juſte et néceſſaire.*

## XVI

*Simplex relegatio nonnullis non eſt pœna.*

## XVII

*Tunc igitur eam exaſperari oportet.*

Quod Claudius Saturninus in *L.* 16 §. 3 *de Pœnis* præcipit, ut iudex in pœnis infligendis perſonam ſpectet, hoc maxime in relegatione fieri oportet. Multis relegatio diriſſima et ultimo ſupplicio æquiparanda pœna eſt. Sed multi eam rident ac flocci faciunt, peregrini inprimis, vagabundi, extrema egeſtate preſſi, quibus hic vel alibi vivere indifferens eſt. Peccabit iudex ac ſe ludibrio exponet, qui talem hominem ſimplice relegatione puniet. Quid ergo? Vtetur licentia, quam ei Vlpianus in *L.* 13 *de Pœnis* dat, et, quam vult, ſententiam feret, vel graviorem vel leviorem, ita, ut in utroque modo rationem non excedat. Itaque in collegiis noſtris, ſiquidem relegationem ſimplicem inutilem futuram animadvertimus, vel fuſtium admonitio-

nitionem, vel virgarum alligationem, vel deligationem ad palum, den Pranger, vel duriorem carcerem ſuperaddimus. Et quum relegatio academica quoque cum riſu et ioco a quibusdam excipiatur, hanc etiam tunc exaſperari recta ratio præcipit, quin et princeps iubet. Sic certe olim Auguſtus, ſeptemvir Saxo, academiæ Vitebergenſi reſcripſit: Vns iſt Eur Schreiben und Bericht, Chriſtian M. belangende, fürgetragen worden, daraus wir vernommen, was derſelbige vor unartige mutwillige Hendel, und ihr vor Proceß darwieder fürgenommen; wann wir dann ſolches Beginnens halben ein Zeithero von Euch vielmals verunruigt worden, vnd befinden, daß Ihr mit Eurer Kleinmütigkeit vnd allzugelinden Straffen vnd Vberſehen der ſtudirenden Jugend zu ſolchen Mutwillen vnd Frevel ſelbſt Vrſach gebt, So möchten wir wohl leiden, daß ihr dißfalls nicht alleine die Straff der geheimen Relegation vor die Hand nemet, ſondern hierbey mehrern und gröſſern Ernſt brauchet, vnd weil unſere neue Reformation clar beſagt, welchergeſtalt die leichtfertigen Geſellen, darunter die von Adel, wann ſie ihres Standes vnd adelichen Verhaltens vergeſſen, auch mit begriffen, mit dem Gefängnüs geſtrafft werden ſollen, diejenigen, ſo ihr zu religieren bedacht, zu mehr eine Zeit lang in den Carcerem ſetzen, mit Brot und Waſſer ſpeiſen lieſſet, ihren Eltern und Freunden die Gelegenheit und Vbelverhalten zuerkennen gebet, und darauf alsdann mit der Relegation hinnach druckt, dan was das ſchlechte Relegiren bey ſolchen mutwilligen Leuten, denen wenig daran gelegen, ſie

ſeindt

ſcindt in Wittenbergk oder anderswo, gutes bey der Jugend wirckt, daß erfaret ihr jetzo ſelbſt, vnd befrömbdet vns nicht wenig, nachdem obgenannter M. von Euch auf eine gewiſſe Zeit relegirt, vnd vor Ausgang derſelbigen wieder eingangen, vnd einen ſolchen Vnluſt wie ihr ſchreibet mit der Wach zum andermal angericht, daß ihr euch ſein noch ferner als eines Gliedes der Vniuerſitet angenommen, vnd nicht die Stadtgerichte mit ihnen wie ander ihrer Jurisdiction gebaren habt laſſen. Vielweniger aber ſoltet ihr hernach, als M. vber das Rectors Vorbot in Wittenberg blieben, vnd abermals Vnruhe erreget, Euch mit ihme eingelaſſen, ſondern ihme den Gerichten, darinnen er verbrochen, mit Ernſt zu ſtraffen hingewieſen haben, Do ihr aber doch mit ihme zu thuen haben, vnd ihm gentzlich relegiren wollen, So hettet ihr euch durch etliche Meuchler mit Papier vnd Tinten von dem öffentlichen Anſchlagen nicht abſchrecken, ſondern vielmehr das Hauß, darinne eurem Schreiben nach die von Adel ſich rottiriret, vmblegen, vnd alle die Jenigen, ſo ſich ſolches vngebührlichen nachtlichen Zuſammenlauffens fleiſſigen, in ernſte Zucht vnd Straffe genommen, vnd die Jugendt durch eure Kleinmuthigkeit in ihrem Freuel nicht geſterkt haben, Dan Ihr jo bey euch ſelbſt zu ermeſſen, wann ihr euch dergeſtalt durch Eure Diſcipul bedrauen vnd eintreiben laſſet, ob nicht hierdurch die Jugend zu allen Mutwillen nuhr mutiger gemacht, daß ſie Euch vber den Kopff wachſen, vnd wir werden zulezt eures vielfeltigen Clagens vnd Anlauffens, in ſachen die ihr ſelbſt wohl ausmachen

machen könnt, vnd damit wir billich verſchonet wurden, vberdrußig werden. Begehren demnach befehlende, Ihr wollet mit der angekundigten offentlichen Relegation wieder M. verfahren, auf die Jenigen, ſo ſich rottiren, greiffen laſſen, nach Befindung einen Ernſt wieder ſie fürwenden, vnd vnſer Mandat gebührlich publiciren vnd anſchlagen, auch darüber ſteiff und veſte halten, Euch derowegen mit dem Hauptmann Vnſerer Veſtung vnd dem Rath des Proceß halben zu Handhabung derſelbigen vorgleichen, vnd demſelben alſo nachſetzen, damit wir im Werck zu befinden, das Euch Vns hinnführo mit vnnöthigen Reſolutionen in Sachen, darinnen ihr vberflüßigen Beuchl vnd Beſcheidt von Vns habt, zu verſchonen ein Ernſt ſei; Daran vollbringet ihr vnſere zuverleſſige Meinunge, Datum Eibenſtock, den 12 Auguſti Anno 83

Auguſtus.

XVIII

*In eos, qui relegatos ſuſcipiunt, certa pœna ſancita non eſt.*

XIX

*Puniuntur tamen,*

XX

*niſi receptio ex humanitate in caſu neceſſitatis facta ſit.*

## XXI

*Relegatus, etſi civis eſſe deſinat, manet tamen homo, atque ab officiis humanitatis non excluditur.*

In libera rep. Romana nulla lex generalis pœnam illis, qui relegatos deportatosque ſuſciperet, irrogavit. Vt ergo receptatores proſcriptorum et relegatorum puniri poſſent, ſingulatim receptionem hanc interdici oportebat. Itaque *Cicero in Oratione pro domo ſua ad Pontifices cap.* 19 *et* 20, lege Clodia de exſilio ſuo lata hoc, ne quis ipſum reciperet, cautum fuiſſe, commemorat, ſeque propterea a Vibone diſceſſiſſe, ne Sica, apud quem erat, periret, dicit *in epiſtola* 4 *ad Atticum lib.* 3. Sub Cæſaribus demum lege iulia pœna ſancita fuit in reos, qui eum, cui aqua et igni interdictum eſt, receperit, celauerit, tenuerit. Legem hanc iuliam refert *Iulius Paulus lib.* 5 *receptarum ſententiarum tit.* 26 §. 3, at Iuſtinianus corpori ſuo non inſeruit. Igitur, quæ fuerit illa pœna, hodie ignoramus. In *Baſilicorum* tamen *lib.* 60 *tit.* 54 §. 11 hoc ex Vlpiano excerptum reperitur; interdum pecuniariter damnari, qui relegatos ſuſcipiant. Quem Vlpiani locum deinde pandectis inſeruit Cuiacius, et ex eo Gothofredus *legem* 11 *de Interdictis et relegatis* fecit. At præterquam, quod ſupplementa hæc Cuiaciana incertæ in foro auctoritatis ſunt, etiam vox: interdum; incertitudinem auget, ut adeo lex illa vix uſum reperire poſſit. Nec aliam clariorem legem reminiſcor, niſi quod in *Ordinatione Cameræ Imperii Part.* 2 *tit.* 12 hi, qui ex toto Imperio proſcriptos ſuſcipiunt, et ipſi proſcribuntur. Ergo ſi quis exulem et relegatum ex pro-

provincia ſuſcepiſſe accuſatur, num et qua is pœna plectendus ſit, ſubinde dubitamus. Sed meretur tamen pœnam, ac adeo ſaltem extra ordinem punitur. Verum quamvis interdum, ut fit, pœna certa publice propoſita ſit in eum, qui relegatum ſuſceperit; immunis tamen eſt ab ea, qui id in neceſſitatis caſu per humanitatem fecit. Nam, quod in *Novella* 12 *cap.* 2 dicitur, patrem exulem, quamvis legum contemptor et impius ſit, tamen patrem eſſe, id de quolibet exule verum eſt; hominem ſcilicet exulem, etſi legum contemptor et impius ſit, tamen hominem eſſe. Menſe decembri anni 1737 talis ſpecies ad me adlata eſt: Muliercula furtis, ſtupris, lenociniis infamis, publiceque relegata, clam tamen in patriam ventitabat, ac apud cognatos ſuos et veteres familiares paſſim latitabat, donec tandem publice, ne quis eam porro ſuſciperet, ſub mulcta quinque thalerorum ediceretur. Nihilominus poſt aliquot menſes mulier hæc in puerperio iacens apud incolam eius pagi reperitur. Hic in ius vocatus rem ſic narrat, mulierem nocte intempeſta et procelloſa ante aedes ſuas veniſſe, ac eiulantem, ut reciperetur, petiiſſe, ſe igitur miſericordia motum aperuiſſe fores, illam vero intraſſe, ac gravidam et partui proximam interiecto exiguo temporis ſpatio filium enixam eſſe. Reſpondi itaque: **Martin Schöne wird umb 5 Thl. beſtrafft, er könte und wolte denn den fol. 2 b. angegebenen Umbſtand eydlich beſtärcken.**

## XXII

### *Relegatus in provinciam, fami, bello, peſtilentiæ obnoxiam, ſi revertatur, vel plane non, vel tamen mitius punitur.*

Quod *Ovidius* in Scythiam relegatus *lib.* 2 *Triſtium elegia un.* ab Auguſto petit:

*Ultima perpetior medios proiectus in hoſtes:*
*Nec quisquam patria longius exſul abeſt,*
*Unde precor ſupplex, ut nos in tuta releges,*
*Ne ſit cum patria pax quoque adempta mihi.*
*Tutius exſilium pauloque quietius oro:*
*Ut par delicto ſit mea pœna ſuo;*

item *in lib.* 4 *eleg.* 4:

*Mitius exſilium pauloque propinquius opto,*
*Quique ſit a ſævo longius hoſte, locum.*

et *in lib.* 5 *eleg.* 2:

*Quod petitur, pœna eſt; neque enim miſer eſſe recuſo,*
*Sed precor, ut poſſim tutius eſſe miſer;*

hoc cuilibet relegato petere iure licet, quin, et ſi non petatur, ex officio dandum, ac, ſi non detur, reditus in patriam vel impunitus dimittendus, vel ſaltem leniter puniendus eſt, ceſſabitque dura illa in urphedæ violatores *articulo Carolino* 108, et *Conſtit. elect. Sax.* 48 *Part. IV* ſtatuta pœna. Sic certe ICti Vitebergenſes menſe novembri anni 1743 reſponderunt: Iſt Inquiſit Tröger wegen dreymahl gebrochenen Urphedens zum Schwerdte verdammet, ihm jedoch eine

Defen-

Defenſion verſtattet worden. Nun komt ihm zwar die wegen der beyden erſten Mahle vorgeſchüzte Minderjährigkeit nicht zuſtatten, da er das leztemahl maiorenn geweſen, überdies ſeine aus denen Acten hervorſcheinende äuſerſte Boßheit und das von Jugend auf getriebene, auch nach ſeiner lezten Wiederkunfft zweymahl fortgeſetzte Diebes-Handwerck ætatem suppliret, und es faſt eine Gewiſſens-Sache iſt, dergleichen incorrigiblen dem Lande und gemeinem Weſen unnützen, ſchädligen und gefährligen Menſchen wiederum in Freyheit zu ſetzen; Alldieweil aber die Noth nicht allein nach der geſunden Vernunfft, ſondern auch nach den geſchriebenen Rechten die Straffe deſſen, welcher durch dieſelbe gedrungen wieder die Geſetze handelt, wo nicht gantz aufhebet, wenigſtens vermindert, *cap.* 78 *de Regulis iuris in* 6, *cap.* 3 *X. de furtis*, Peinl. Halß-Gerichts-Ordnung *art.* 166, und denn bekannter maſſen zu der Zeit, da Inquiſit zum leztem Mahle verwieſen, und in das Königreich Böhmen gebracht worden, der Krieg allda noch gedauert und von den vorigen Krieges-Unruhen alles in Unordnung, auch die Aecker ſchlecht beſtellet und die Victualien knap geweſen, mithin des Defenſoris Vorgeben, daß kaum ein Einheimiſcher daſelbſt Arbeit und ſeinen Unterhalt finden können, alſo einem frembden ohne Paß herum vagirenden Menſchen unter zu kommen und ſein Brodt zu verdienen faſt unmöglich geweſen, da zumahl Inquiſit laut obrigkeitlichen Zeugnüſſes kleiner und ſchwacher Statur und zur Arbeit ungeſchickt iſt, hiernächſt bewehrte Rechts-Lehrer, *Carpzov. Quæſt. Crim.* 47 *n.* 53 *et* 54,

und *Kreſſ. in Notis ad Art. Carolinum* 108 §. 1 denjenigen, welcher aus einem Lande, wohin er verwieſen iſt, wegen Krieg, Hunger und Peſt zurück kommt, entſchuldigen, und diesfalls den Beyfall der Peinl. Halß-Gerichts-Ordnung *art.* 108 in den Worten: fürſetzlich und freventlich; vor ſich haben; So wird Inquiſit Johann Auguſt Tröger, ſtatt der erkannten Todes-Straffe, nochmahlen mit ſtarcken Staupenſchlägen ꝛc. ꝛc. ewig verwieſen, und dabey ernſtlich bedeutet, daß im Fall der Wiederkunfft die Lebens-Straffe ohne alle Gnade und Barmhertzigkeit an ihm vollſtrecket werden ſolle. V. R. W.

## COROLLAR.

Qui relegatum, quin ex toto Imperio proſcriptum, in ſuis ædibus deprehenſum non indicat, ſed illæſum dimittit, nequit puniri. Vide *Specimen meum* 555 *de Receptatoribus*, *medit.* 9.

Wittenberg, Diss., 1744-45

ULB Halle 3
005 310 547

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-299034-p0027-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-299034-p0028-5

XII.

# DE RELEGATIS

PRAESIDE

AVGVSTINO A LEYSER

POTENTISSIMO POLONIAR. REGI ET PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ADSESSORE PRIMARIO ET ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO

IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM APRILIS ANNO MDCCXLIIII.

DISPVTABIT

SALOMO GOTTHELFF FRANCKE,

NIEBRA VARISCVS.

VITEMBERGAE,
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI,
ACADEMIAE A TYPIS.

1744
8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-299034-p0029-3